

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Historia Zaringo Badensis

Schöpflin, Johann Daniel

Carolsruhae, 1765

XII.

[urn:nbn:de:bsz:31-295118](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-295118)

XII.

CHARTA HESSONIS DE FUNDATIONE DOMUS
ET CAPELLÆ S. NICOLAI IN EICHSTAT.

A N N O M L I I .

Ex Apographo antiquiff. Archivi Badenfis, quod Basilea est.

Notum fit omnibus tam futuris quam præsentibus qualiter ego Heffo anno MLII ab incarnatione domini, indictione Vta, epacta, XVII, Luna XI concurrent III, feria V, Heinrico regnante secundo, Duce BERTOLDO, COMITE HERIMANNO, a Rumoldo, Constantienfi Episcopo, impetravi hanc domum in honore sanctæ Marie & sancti Petri atque omnium sanctorum dedicari, atque honorifice cum prædio atque familia dotavi. Postea vero defuncto fratre meo Lamberto ædificavi capellulam in honore sancti Nicolai pro remedio animæ ejus atque a Beringero Basiliensi episcopo dedicari postulavi, atque proprio seruo meo Volrado dotavi cum tali allodio, quale ipse pro beneficio habet in loco *Nuemburg*, (a) cum omnibus appendiciis cum uno manso hartgeri in marcha *Bezingen*, Eo videlicet tenore atque cum anniversarius dies advenit, per ipsum, qui eadem ufurus est capellula, cum tribus aut quatuor presbiteris celebris habeatur atque quicquid sibi actenus per matrem Ecclesiæ censualis usus accessit, ad ipsum altare *Eichstatensis*

(a) Nimburg.

Ecclesie legitimo jure dedit, quatinus per hæc prædicta bona, ipsius Hessonis, anniversarius dies, cum tribus aut quatuor presbiteris amodo celebretur, uxorisque illius, Govte, similiter, Presbiterque hujus Ecclesie simulque capellule absque ullo servitio amodo honoretur, & sine censuali obstrictone, nisi pro animarum illarum remedio & istorum, omniumque sanctorum sedule servitutis officio permittitur, Et advocato hujus Ecclesie communi consilio servitium constitutum est, scilicet in novembre unum maltarium ad panem & hamam vini & porcum unius anni etatem habentis & duo maltaria auene, In maio autem duas oves sine pelle, & unum maltarium ad panem & hamam vini & nichil avenæ, quia herbe sufficiunt, Archipresbytero tantundem & ad servitium episcopi in quarto anno V solidos, Hec Karta conscripta, atque confirmata perpetualiter maneat inconvulsa, at si quislibet heredum suorum hanc confirmationem diuellere conabitur, in præfenti sit anatematizandus, & in futuro infernali igne comburendus.

Eodem pacto Herimannus miles, quale predium uifus est habere in uilla *Ebringen*, (b) legitima donatione sancto Petro, hujusque Ecclesie presbytero donavit, & si quis posterum aliqua deprædatione in eo quid deliquerit, stigas undas eum amplius uti optavit.

(b) Vicus prope Wolfenweiler, in Brisgovia.